

Cæterum si dominus possideat, etiam per suum jusjurandum cum duodecim sacramentalibus, dirimatur: hoc ita, nisi clientulus sit gastaldus, vel actor domini, tunc enim tantum suæ, id est, domini religioni statur: nisi habeat testes pares idoneos, nam aliquando malignando multa bona auferuntur domino hoc modo, et hoc colligitur per legem, quæ est in titulo de acquisitione actorum regis in Lombardia. Idem dicendum est de guardia.

TIT. XI.

[DE PIGNORI DATO FEUDO QUID JURIS SIT.]

Similiter si quis voluerit dicere de pignore sibi dato se investitum esse, non credatur suo juramento, sed testibus idoneis paribus domus, vel curiæ. Insuper sciendum est feudum guardiæ, et gastaldiæ quacunque hora vult auferri posse a domino, scil. post annum.

TIT. XII.

DE CONTENTIONE [INTER ME ET DOMINUM DE PORTIONE] FEUDI FRATRIS [MEI] DEFUNCTI.

Si contentio fuerit inter me, et dominum de portione feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum esse, et sic me debere succedere, ille vero minime, tanquam habuerim partem meam: sive possideo, sive alienavi, dabitur mihi jusjurandum, scil. patrem meum jure investitum fuisse: licet non possideam portionem fratris mei. Si vero nullam partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino dabitur jusjurandum, nisi propter supradictam rationem domino non, ut ego propter hoc aliud meum feudum amittam. Si tamen vasallus poterit probare paternum fuisse, sive possideat, sive non, obtinebit: alioqui nisi probet paternum fuisse, vel nisi possideat, dominus obtinebit.

TIT. XIII.

DE ALIENATIONE FEUDI.

Si clientulus voluerit partem suam feudi alienare, id est, medium sine domini voluntate, poterit hoc facere: ulterius progredi non potest, secundum justum et verum usum: alioquin, et feudum amittit, et non valebit quod factum est. Quod dictum est alienare, intelligit de libello. [Huic consuetudini derogatum est per legem Lotharii.] Mediolanenses vero irrationabiliter considerantes dicunt clientulum etiam alienare posse in totum, et sine domini voluntate. Inde potest præsumi, si clientulus fecerit libellum in perpetuum de feudo suo alicui ecclesiæ, non valet: id eo scilicet, quia nunquam reversurum sit ad dominum, cum ecclesia non desinat esse heres: quod observandum est (et) in privato ex natura perpetui libelli. Sed diversum observatur in ecclesia, quam in privato. Ecclesia enim cultrix et auetrix justitiæ non patitur contra justitiam aliquid fieri in se, vel in alterum: privatus vero sæpe obviat justitiæ. Et si clientulus fecerit libellum, vel aliud de medietate feudi sine domini voluntate: eo mortuo sine legitimo herede masculo (quod verbum ita intelligendum est in feudo, id est, sine filio masculo) revertitur feudum ad dominum. Si vero cum domini voluntate totum, vel medium alienaverit, stabilis permaneat alienatio, fratri vero vel nepoti per libellum facta alienatio, etiam sine voluntate domini. (Item in feudo comitatus, vel marchiæ, vel aliarum dignitatum non est successio secundum rationabilem usum: sed hodie non est usurpatum.)

TIT. XIV.

DE FEUDO MARCHIÆ, VEL DUCATUS, VEL COMITATUS.

De marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua legali dignitate si

Tit. X. supr. — 6. s. feud. 52. — 7. Tit. 11. infr. — 8. Fac. L. ult. in fin. D. de officio pœniti. L. 2. § 1. D. de offic. proc. Cass. add. L. 7. C. de jure fisci; L. 10. C. arbitr. tut. — Tit. XI. — 1. Immo vide tit. 18. infr. — 2. Tit. 10. supr. — 3. s. feud. 52. — 4. Tit. 1. § 1. tit. 2. in pr. supr. — Tit. XII. — 1. Tit. 4. § 2. supr. — 2. s. feud. 11. in fin. — Tit. XIII. — 1. Vers. et si, infr. hic. tit. 10. supr. — 2. Tit. 5. in fin. pr. et § 1. supr. — 3. s. feud. 9. § 5. — 4. s. feud. 9. § 1. — 5. s. feud. 9. § 4. § 5. — 6. s. feud. 34. § 2. vers. profecto. — 7. s. feud. 8. § 1. tit. 9. in pr. — 8. s. feud. 52. § 5. — 9. Tit. 5. in pr. vers. item si fratrem, supr. — 10. Fac. L. 18. in fin. D. de injuriis; L. 1. § 6. D. de extracrd. cognit. — Tit. XIV. — 1. Tit. 1. § 1. tit. 8. in pr. supr. — 2. d. tit. 1. § 2. in fin. — 3. Tit. 8. in fin.

quis investitus fuerit per beneficium ab imperatore: ille tantum debet habere, heres enim non succedit ullo modo, nisi ab imperatore per investituram adquisierit.

1. Si capitanei, vel valvasores majores, vel minores investiti fuerint de beneficio: filii vel nepotes ex parte filiorum succedunt. Si vero unus ex his filiis, vel nepotibus sive descendantibus masculini sexus hereditus mortuus fuerit, prædicti fratres vel nepotes per investituram patris et avi in beneficium succedunt. Et similiter intelligendum est in consobrinis.

2. Si duo fratres simul investiti fuerint de beneficio novo, et non de paterno: si unus eorum sine descendantibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit non frater: nisi pactum fuerit in investitura, quod frater fratri succedat. Per pactum enim frater succedit, non dominus. Et quod diximus de fratribus, ut unus alii succedat per pactum: idem dicendum est de filiabus, si hoc pactum conciliet: et sic per pactum filiæ succedunt.

TIT. XV.

AN MARITUS SUCCEDAT UXORI IN BENEFICIO.

Si femina habens beneficium (et maritum) moriatur: nullo modo succedit in beneficium maritus, nisi specialiter investitus fuerit. Et si ipsa femina filios dimiserit: dicunt quidam, filios non debere succedere in beneficium matris, nisi specialiter sit dictum, vel investiti fuerint: quia secundum usum regni ad beneficium vocantur paternum, et non maternum. Sed secundum æquitatem dicamus filios debere succedere. Hoc dicimus de capitaneis, et de majoribus valvasoribus, et de minoribus: de minimis autem et de iis, qui beneficium tenent a majoribus valvasoribus, sic servetur, sicut inferius dicemus.

TIT. XVI.

DE FEUDIS DATIS MINIMIS VALVASORIBUS QUID JURIS SIT.

Si minores valvasores beneficium tollere voluerint minimis valvasoribus, licet eis facere: excepto si beneficium vendiderint eis. Si vero pretium de beneficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut beneficium dimittant.

TIT. XVII.

QUIBUS MODIS FEUDUM AMITTATUR.

Si capitanei, vel majores valvasores, qui hodie vocantur capitanei (licet improprie dicantur minores) seniores in bello dimiserint, vel si credentiam ad eorum damnum scienter manifestaverint, si valvasores seniorum uxores adulteraverint, si scienter seniores assalierint, vel similes culpas commiserint: beneficio carere debent.

TIT. XVIII.

APUD QUEM VEL QUOS CONTROVERSIA FEUDI DEFINIATUR.

Si contentio fuerit de beneficio inter capitaneos, coram imperatore definiri debet. Si vero fuerit contentio inter minores valvasores et majores de beneficio: in judicio parium definiatur, vel per judicem curtis.

Si aliquis de capitaneis, vel de majoribus valvasoribus, vel de minoribus suum beneficium, sive totum sive partem alienaverit, et ipse vel heres ejus sine herede decesserit: quia beneficium senioribus aperitur, totum quod fecit, revocari debet.

Tit. XV. — 1. Feud. 15. § 5. — 2. d. tit. 85. — 3. s. feud. 50. — 4. Tit. prox. infr. — Tit. XVI. — 1. Tit. 1. in fin. tit. 7. vers. si vero facta, supr. — 2. d. tit. 1. in fin. d. vers. si vero. — Tit. XVII. — 1. Tit. 5. in pr. supr. tit. 12. § 1. infr. s. feud. 24. § 1. — 2. s. feud. 6. vers. totum; tit. 7. vers. et si aliquid mihi: tit. 24. § 2. vers. item si delator; fac. L. 38. § 1. D. de pœnit. L. 6. § 4. D. de re milit. — 3. Tit. 5. pr. vers. item si fidelis, supr. — 4. d. tit. 5. pr. vers. similiter si dominus, s. feud. 51. § 2. — 5. s. feud. 24. § 2. vers. sed quia natura. — Tit. XVIII. — 1. s. feud. 46. in fin. — 2. Tit. 5. in fin. pr. et § 1. tit. 15. supr. s. feud. 44. — 3. Adde s. feud. 52. § 5.

TIT. XIX.

CONSTITUTIONES FEUDALES DOMINI LOTHARII IMPERATORIS, QUAS ANTE JANUAM BEATI PETRI IN CIVITATE ROMANA CONDIDIT OBSERVANDAS.

Si quis ex militum ordine decesserit, qui de feudo investitus fuerit: ut constitutum habemus, observetur de beneficio, et successione, et culpis. Si unus inculpatus fuerit una de his nominatis culpis, ut habemus insertum, observetur per constitutionem domini Lotharii imperatoris, quæ est constituta tempore Eugenii papæ, ante januam beatissimi Petri apostoli in civitate Romana per laudamentum sapientum Papie, atque Mediolani, Mantuæ, Veronæ, quæ Brenus (alias Hybernus) vocatur, et Parmæ, Lucae et Pisæ et Syponi, et marchionum atque ducum vel capitaneorum atque valvasorum majorum.

(Imp. LOTHARIUS Eugenio papæ, et universo populo.)

Si quis miles mortuus fuerit sine filio masculo, et nepotem reliquerit, in beneficium avi in patris vicem succedit. Et si heredem, et fratrem reliquerit, in beneficium patris ipse succedit. Et si filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium sui defuncti succedat.

TIT. XX.

DE BENEFICIO FRATRIS, ET QUALITER FRATER IN BENEFICIO FRATRIS SUCCEDAT.

Si quis adquisierit beneficium et sine filio masculo mortuus fuerit et fratrem reliquerit: frater non succedat fratri, sed dominus (habeat, nisi per investituram a domino ordinatum fuerit, ut frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine herede masculo: vel succedat frater fratri non-orienti sine filio: vel nisi beneficium de commanibus bonis fuerit emptum. Vel utriusque nomine domino sciente: si insimul steterint: vel in hostem regis adquisierint.)

TIT. XXI.

DE FEUDO SINE CULPA NON AMITTENDO.

Sancimus, ut nemo miles sine cognita culpa beneficium suum amittat: si ex culpis iis, vel causis convictus non fuerit, quas milites usi sunt nominare, quando fidelitatem faciunt dominis suis: vel per laudamentum parium suorum: vel si dominis suis deservire noluerint, tunc conditio causa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non servit domino. Nam si steterit viginti annis et ultra quod non servierit domino: nisi necesse fuerit domino, feudum non amittit.

Si quis miles beneficium suum vendiderit totum sine (voluntate vel jussu) domini sui: ut proprium beneficium amittat decernimus, dominus vero habeat: vel si concubuerit cum uxore domini sui, domino vivente: vel si in pugna suum dominum dimiserit, et cum eo non laboraverit, si poterit.

TIT. XXII.

[QUO TEMPORE MILES INVESTITURAM PETERE DEBEAT.]

Sancimus, ut nemo miles ultra annum et mensem vadat, ut investituram beneficii sui a filio, vel successore domini sui petat, vel post mortem [domini sui, vel] patris sui, vel alterius, cui succedere debet: nisi justa causa intervenerit, quare non petierit: velati mortis, vel capitales inimicitiae, vel infantia, vel justa absentia: et si (ut supra dictum est) non petierit, damnetur.

Si quis fecerit investituram, vel cambium de beneficio sui militis, sine illius consensu, cuius est beneficium: pro non facto habeatur.

Sancimus, ut nemo miles adimatur de possessione sui beneficii, nisi

Tit. XIX. — 1. Tit. 22. in fin. infr. — 2. s. feud. 11. — Tit. XX. — 1. Tit. 8. in fin. supr. — 2. Tit. 1. § 2. supr. s. feud. 12. — 3. s. feud. 12. in fin. — 4. d. tit. 12. in fin. — Tit. XXI. — 1. Tit. 22. § 2. infr.; tit. 7. supr. — 2. s. feud. 57. in fin. — 3. s. feud. 6. 7. 97. in fin. — 4. Tit. 22. in fin. infr. — 5. s. feud. 26. § 5. § 5. vers. licet vasallus: tit. 28. § 1. — 6. Fac. L. 9. pr. D. de condict. causa data. — 7. s. feud. 26. § 5. vers. licet vasallus. — 8. s. feud. 55. — 9. Tit. 5. in pr. et 17. supr. — 10. d. tit. 5. in pr. et 17. s. feud. 24. § 2. — 11. Fac. L. 19. D. d. SC. Sila ian. — Tit. XXII. — 1. s. feud. 24. in pr. § 2. in fin. § 5. in fin. pr. et § 7. — 2. s. feud. 55. in fin. — 3. Adde L. 2. § 5. D. si quod edictiomb.; L. 9. l. 20. D. de procuratorib.; L. 17. D. de sponsalib. — 4. Fac. L. 8. in fin.; L. 14. l. 45. in fin. D. de procuratorib. — 5. L. 9. l. 25. D. d. t. — 6. Tit. 4. § 2. supr. — 7. Tit. 21. supr. — 8. Tit. 19. in pr. et 21. in pr. supr. — Tit. XXIII. — 1. Tit. 4. § 2. supr. — Tit. XXIV. — 1. Tit. 1. § 3. tit. 8. § 2. supr. — 2. d. tit. 8. in fin. — 3. Adde s. feud. 15. — 4. Immo vide d. tit. 8. § 3. sed junge tit. 5. § 1. supr. s. feud. 59. — Tit. XXV. — 1. Immo vide s. feud. 26. § 4. tit. 35. c. 2. infr. de feud. cogn. — 2. Tit. 1. supr. s. feud. 35. — Tit. XXVI. — 1. Tit. 25. supr. — 2. § 1. infr. hic. tit. 25. infr. — 3. Fac. L. 9. pr. D. de testib. — 4. l. 3. D. d. t. — 5. Tit. 22. in fin. supr.

convicta culpa: quæ sit laudanda per judicium parium suorum, sicut supra diximus. Si autem dixerit miles, quod sui pares inique judicassent, miles in possessionem maneat per sex hebdomadas: et ad nostram veniat presentiam cum illis, qui laudamentum atque judicium fecerint, et ante nos definiemus.

TIT. XXIII.

DE CONTENTIONE INTER DOMINUM ET VASALLUM DEINVESTITURA FEUDI.

Si quis miles in possessione sui beneficii fuerit, et dominus investituram negaverit: miles affirmet per jusjurandum, si potuerit, quod suum sit beneficium per investituram domini sui: et si dominus possiderit, et miles sic dixerit, quod investitus fuerit a domino suo, et dominus negaverit: adhibeantur pares illius, et per ipsos inveniat veritas: et si pares non fuerint, veritas inveniat per dominum: quia non est bonum, ut veritas denegetur.

TIT. XXIV.

QUEMADMODUM FEUDUM AD FILIAM PERTINEAT.

Si quis sine filio masculo mortuus fuerit, et reliquerit filiam: filia non habeat beneficium patris, nisi a domino redemerit. Si autem dominum ei dare voluerit propter servitium et amorem patris: non revocetur ab ullo ex parentibus suis, neque damnetur.

TIT. XXV.

QUIBUS MODIS FEUDUM CONSTITUI POTEST.

Sciendum est, feudum sine investitura nullo modo constitui posse, etiamsi domino jubente quis alicujus rei nomine feudi possessionem nanciscatur, et teneat: licet tamen possessionem taliter adeptam, dum vixerit, quasi feudi nomine retinere: herede ejus in hoc jure nullo modo ei succedente.

Si dominus, qui investivit, forte sit clericus, et contigerit, ut ante moriatur, quam vasallus possessionem feudi nancisceretur: exinanitur feudum, quod generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, observatur.

TIT. XXVI.

SI DE INVESTITURA INTER DOMINUM ET VASALLUM LIS ORIATUR.

Si inter dominum et vasallum lis oriatur de investitura feudi, domino scil. investituram se fecisse negante: si testibus res probari non poterit, possessoris sacramento res decidatur. Idem [et] in eorum successoribus observatur. Si vero testes interfuerint, et eos vasallus ad testimonium vocaverit, eorum testimonio cum sacramento credatur. Testes vero sint pares ejus, et qui ab eodem domino feudum teneant: qui si tempore investitionis abierint, etiam extranei sunt recipiendi, qui etiam si veritate celare voluerint, forte amore, vel pretio, vel alia qualibet ex causa, a comite, vel a populo, jurare compellantur, quod ex ea causa falsitatem non dicant, nec vera scientes tacebunt. His enim non cogentibus eos, vasallus cum ipso domino ad imperatorem ire festinet: eique causam intimet: et quod imperator inter eos judicaverit, observetur. Si autem se venturum, vel nuncium missurum vasallus promittat: ex quo promiserit, usque ad annum quiete possideat. Si vero ad regem non venerit, vel non miserit intra annum, domini sacramento causa finiat. Et si testes sacramento jam dicto præstito se non interfuisse dixerint, domini sacramento questio terminetur. Hæc omnia etiam in clericorum

sponsalib. — 4. Fac. L. 8. in fin.; L. 14. l. 45. in fin. D. de procuratorib. — 5. L. 9. l. 25. D. d. t. — 6. Tit. 4. § 2. supr. — 7. Tit. 21. supr. — 8. Tit. 19. in pr. et 21. in pr. supr. — Tit. XXIII. — 1. Tit. 4. § 2. supr. — Tit. XXIV. — 1. Tit. 1. § 3. tit. 8. § 2. supr. — 2. d. tit. 8. in fin. — 3. Adde s. feud. 15. — 4. Immo vide d. tit. 8. § 3. sed junge tit. 5. § 1. supr. s. feud. 59. — Tit. XXV. — 1. Immo vide s. feud. 26. § 4. tit. 35. c. 2. infr. de feud. cogn. — 2. Tit. 1. supr. s. feud. 35. — Tit. XXVI. — 1. Tit. 25. supr. — 2. § 1. infr. hic. tit. 25. infr. — 3. Fac. L. 9. pr. D. de testib. — 4. l. 3. D. d. t. — 5. Tit. 22. in fin. supr.

personis locum habent: præterquam quod de personis testium dictum est. In clericorum feudo pariter accipiuntur pares, et extranei: hoc ideo, quia cum clerici quosdam de feudo investiant, sæpe absconse et sine præsentia suorum confratrum hoc facere student. — § 1. Si quis se vel patrem suum ab aliquo defuncto, vel patre ejus, de feudo investitum esse contenderit: nisi per duos pares de domo ipsius domini probaverit quod intendit: vel etiam cum pares absunt, per alios idoneos duos testes: tunc in electione domini est, utrum velit jurare cum duodecim sacramentalibus, illum, qui feudum quaerit, per se, vel patrem ejus, si de hoc quaeratur, de ipso feudo investitum non fuisse. Quod si jurare noluerit, actor juret cum duodecim sacramentalibus, se, vel patrem suum investitum fuisse. Quod si jurare noluerit: qui convenitur est absolvendus. Secundum enim morem Mediolanensium hæc sacramenta præstanda sunt, tam a filiis actoris, vel rei, quam ab ipsis principalibus personis. Si autem aliquis in possessione feudi sit, de quo dominus dicit eum investitum non fuisse: tunc sine probatione ulla testium debet solus jurare se, vel patrem suum fuisse investitum. Hæc autem sunt ita tenenda, si per unum annum sciente domino, et non contradicente in possessione [feudi] permansit. Alioqui justa ignorantia, vel parvi temporis negligentia cum iniqua possessionis perjurio quandoque domino in possessionem damnatum afferat.

TIT. XXVII.

DE FEUDO DATO IN VICEM LEGIS COMMISSORLE, REPROBANDO.

Si quis obligaverit aliquam rem pignori eo pacto, ut si statuto tempo-

re pecunia soluta non fuisset, res esset creditoris, et eam pro feudo habeat, potest debitor quocumque pecuniam solvendo, pacto non obstante pignus recuperare: feudum enim non sub prætextu pecunie, sed amore et honore domini adquirendum est.

Si quis investierit aliquem de feudo sui militis, viri Placentini prorsus asserunt hanc investituram non aliter valere, nisi eo consentiente cuius erat feudum. Mediolanenses et Cremonenses nihil distare asseverant, utrum eo sciente, vel ignorante, dummodo, eo vivente, nullum detrimentum de feudo suo sibi contingat. Hoc autem dicendum est de eo milite, qui feudi successores non habet.

TIT. XXVIII.

DE USU MEDIOLANENSIIUM SECUNDUM QUOSDAM.

Quidam obligaverat terram quandam suo militi: deinde si cum filius [sui] domini longum post tempus pecuniam offerendo pignus liberare voluisset: filius militis concedebat patrem suum a domino suo defuncto de predicto pignore investitionem feudi accepisse. Unde viri prudentes Mediolanenses interrogati laudaverunt, in electione filii militis, esse, cum XII sacramentalibus jurare, patrem suum a se, vel domino suo per investituram predictam terram tenuisse: ita ut per xxx annos contestatio pignoris a parte domini adversus ipsum, vel patrem suum facta non fuisset. Si autem ipse jurare noluerit, filius defuncti domini necesse habet jurare cum duodecim sacramentalibus, defunctum militem inde per feudum investitum non fuisse. Quod si ita jurare recuset, investire ipsum filium militis domini filius de jam dicta terra per feudum debet.

4. Tit. 5. supr. — Tit. XXVIII. — 1. Tit. 4. § 2: tit. 10. § 6, § 1, supr. — 2. Immo vide tit. 11, supr. — 3. § 2, feud. 26, § 4. — 4. Tit. 26, in pr. et § 1, supr.

OBERTI DE ORTO DE FEUDIS

LIBER SECUNDUS.

TIT. I.

DE FEUDI COGNITIONE.

Obertus de Orto Anselmo [filio] suo [dilecto] salutem. Causarum, quam cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur jure Romano: aliæ [vero] legibus Longobardorum: aliæ autem secundum regni consuetudinem, quæ quanquam sint variæ, et quanquam secundum diversorum locorum, aut curiarum mores sint diversæ, nec breviter possint dici, nec hoc libello facile comprehendi: usum tamen feudi, qui in nostris partibus obtinet, prout possibile est, exponere tibi necessarium duxi. In iudicio etenim, quod de feudis agitur, illud legibus nostris contrarium dici solet. Legum autem Romanarum non est vilis autoritas: sed non adeo vim suam extendunt, ut usum vincant, aut mores. Strenuus autem legisperitus, sicubi casus emergerit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit lege scripta.

Sciendum est autem feudum, sive beneficium nonnisi in rebus soli, aut solo coherentibus, aut in iis, quæ inter mobilia connumerantur (veluti cum de camera, aut de cavena feudum datur) posse consistere: ac feudum neminem posse acquirere, nisi investiturâ, aut successione.

Tit. I. — 1. L. 1, C. que sit longa consuetudo. — 2. L. 14, in pr. C. de sacros. eccl. § 7, in pr. § 1, N. 130, c. 1, in pr. — 3. Immo vide tit. 26, § 4, in fr. 1, feud. 26. — 4. Tit. 2, in fr. —

TIT. II.

QUID SIT INVESTITURA.

Investitura quidem proprie dicitur possessio, abusivo autem modo dicitur investitura, quando hasta, vel aliud corporeum quilibet porrigitur a domino (feudi) se investituram facere dicente: quæ siquidem ab illo fiat qui alios habet vasallos, saltem coram duobus ex illis solenniter geri debet: alioqui, licet alii intersint testes, investitura minime valet. Si enim domino adhuc in possessione constituto, an facta sit investitura, quaeratur: non debet probare nisi per pares curtis illius domus, vel per publicum instrumentum, a tribus vel a duobus paribus confirmatum. Nam si instrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia omissum sit: tunc qui probare desiderat, pares curiæ illius, qui interfuerint, offerat, qui si denegaverint, forte corrupti odio vel gratia seu pretio, et dicant se non interfuisse, cum investitura facta fuerat, vel non reminisci: tunc domino cogente jurent tactis sacrosanctis Scripturis, quod hujus rei veritatem nesciant, et tunc actor aut alios producat pares, aut jurisjurandi domino detur electio: ut proinde juret investituram factam non esse: aut sacramentum vasallo referat: et ille aut juret, aut acquiescat. Quod si jurare pares aliqua ex causa recusaverint: nec dominus eos jurare compellat: licet vasallo etiam per extraneos pro-

5. Tit. 11, in fr. — Tit. II. — 1. Feud. 26, § 1. — 2. d. t. 26, in pr. vers. testes. — 3. Adde tit. 5, in fr.

bare investituram. Testibus vero deficientibus jurisjurandi electio domino detur. — § 1. Si vero vasallus quidem possideat, vel si feudum cameræ aut cavene, in duabus seu tribus acceptionibus quietis quasi possideat: dominus autem feudum negans esse rem suam petat: vel quod de camera vel de cavena bis vel ter (sicut diximus) jam solutum est, deinceps solvere renuat: tunc non est opus probatione: sed possidenti data electione, aut juret suum esse feudum rectum, aut domino referatur jusjurandum. Si autem investitura ab eo, qui vasallos non habebat, dicitur facta: tunc per quoslibet idoneos testes, aut per publicum instrumentum probari potest: aut inopia probationis emergente, res decidatur per jusjurandum. — § 2. Præterea si aliquis tenor præter communem feudi rationem in investitura a domino dicitur intervenisse: vel si dicitur feudum sub tali conditione dedisse, ut vasallus in festis diebus vadat cum uxore sua ad ecclesiam: omni facultate probandi domino adempta, habeat vasallus potestatem defendendi se per sacramentum. Item si vasallus [per] pactum speciale contra feudi consuetudinem allegat, velut de filiarum successionem: liceat ei tenorem, si potest, sicut investituram probare, quod si in probatione defecerit, vel cessaverit: concedatur domino hoc denegare jurejurando præstito.

TIT. III.

PER QUOS FIAT INVESTITURA, ET PER QUOS RECIPIATUR.

Investitura autem aut fit de veteri beneficio, aut de novo. Quæ de veteri fit, etiam a minore potest fieri. Sive autem a minore, sive a majore fiat, non de omni possessione vasalli, sed de justa tantum facta intelligitur: nisi aliud nominatim dicitur. Novi vero investitura feudi non ab alio recte fit: nisi ab eo, qui legitime suorum honorum administrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit investituram facere. — § 1. Sed etiam res, cujus alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, nisi in casibus: ut ecce si quis ex agnatis tuis rem, quæ a communi parente per successionem ad eum pervenerit, alienare voluerit: non permittitur ei etiam secundum antiquam consuetudinem alii eam vendere, nisi tibi vel alii proximiori pro æquali pretio accipere volenti. Per feudum tamen cuilibet dari potest: nisi fiat in fraudem nostræ consuetudinis, vel legis novæ bonæ memoriæ Lotharii [vel Friderici] imperatoris. Tunc enim rescissa investitura, reddito a te vel ab alio proximiori, videlicet secundum antiquam consuetudinem, pretio, si quod dederit: is, qui investituram accepit, compellatur rem tibi restituere. Personam vero investituram accipientis non distinguimus: nam etiam servus investiri poterit, nisi ignorantia pretendatur. Sed utrum ipse vel alius pro te investituram faciat, vel suscipiat, nihil interesse putamus: potest enim hoc negotium, et per procuratorem ab utraque parte expediri. Fœminam quoque etiam novi feudi investituram facere posse plerique consentiunt. Nulla autem investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recusat: cum a fidelitate feudum dicitur vel a fide: nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, ut sine juramento fidelitatis habeatur.

TIT. IV.

QUID PRÆCEDERE DEBEAT AN INVESTITURA, VEL FIDELITAS.

Utrum autem præcedere debeat fidelitas investituram, an investitura fidelitatem, quesitum scio: et sæpe responsum est, investituram debere præcedere fidelitatem. Fidelitatem autem dicimus jusjurandum, quod a vasallo præstatum domino.

TIT. V.

QUALITER JURARE DEBEAT VASALLUS DOMINO FIDELITATEM.

Qualiter autem debeat jurare vasallus fidelitatem, videamus. Jurare

4. Fac. tit. 55, in pr. vers. unde etiam dicitur, in fr.; L. 1, C. de fideicommiss. — 5. Fac. tit. 55, § 1, vers. si inter, § 2, § 3, in fr. — 6. Feud. 26, in pr. et § 1. — 7. Adde tit. 20, § 1, § 2, § 3, § 4, § 5, § 6, § 7, § 8, § 9, § 10, § 11, § 12, § 13, § 14, § 15, § 16, § 17, § 18, § 19, § 20, § 21, § 22, § 23, § 24, § 25, § 26, § 27, § 28, § 29, § 30, § 31, § 32, § 33, § 34, § 35, § 36, § 37, § 38, § 39, § 40, § 41, § 42, § 43, § 44, § 45, § 46, § 47, § 48, § 49, § 50, § 51, § 52, § 53, § 54, § 55, § 56, § 57, § 58, § 59, § 60, § 61, § 62, § 63, § 64, § 65, § 66, § 67, § 68, § 69, § 70, § 71, § 72, § 73, § 74, § 75, § 76, § 77, § 78, § 79, § 80, § 81, § 82, § 83, § 84, § 85, § 86, § 87, § 88, § 89, § 90, § 91, § 92, § 93, § 94, § 95, § 96, § 97, § 98, § 99, § 100. — 8. Fac. tit. 75, § 9. — 9. Tit. 51, § 2, § 3, § 4, § 5, § 6, § 7, § 8, § 9, § 10, § 11, § 12, § 13, § 14, § 15, § 16, § 17, § 18, § 19, § 20, § 21, § 22, § 23, § 24, § 25, § 26, § 27, § 28, § 29, § 30, § 31, § 32, § 33, § 34, § 35, § 36, § 37, § 38, § 39, § 40, § 41, § 42, § 43, § 44, § 45, § 46, § 47, § 48, § 49, § 50, § 51, § 52, § 53, § 54, § 55, § 56, § 57, § 58, § 59, § 60, § 61, § 62, § 63, § 64, § 65, § 66, § 67, § 68, § 69, § 70, § 71, § 72, § 73, § 74, § 75, § 76, § 77, § 78, § 79, § 80, § 81, § 82, § 83, § 84, § 85, § 86, § 87, § 88, § 89, § 90, § 91, § 92, § 93, § 94, § 95, § 96, § 97, § 98, § 99, § 100. — 10. Tit. 55, in fr. — 11. Adde tit. 106, in fr. — 12. Tit. 24, § 3, in fin. — 13. Tit. 76, in fr. — 14. Tit. 7, in fin. in fr.

scilicet sic debet: Ego juro ad hæc sancta Dei Evangelia, quodammodo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit [dominus], pandam alii ad ejus detrimentum, me sciente. Si vero domesticus, id est, familiaris ejus sit cui jurat: aut si ideo jurat fidelitatem, non quod habeat feudum, sed quia sub jurisdictione sit ejus cui jurat, nominatim vitam, membrum, mentem, et ejus rectum honorem custodire jurabit.

TIT. VI.

DE FORMA FIDELITATIS.

In epistola Philiberti episcopi in decretis xxii causa, de forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vobis quæ sequuntur breviter ex librorum auctoritate notavi. Qui domino suo fidelitatem jurat, ista sex in memoria semper habere debet, incolame, tutum, honestum, utile, facile, possibile. *Incolame*: ne sit in damno domino suo de corpore suo. *Tutum*: ne sit ei damno de secreto suo, vel de munitionibus suis per quas esse tutus potest. *Honestum*: ne sit ei damno de sua justitia, vel de aliis causis quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. *Utile*: ne sit ei in damno de suis possessionibus. *Facile*, vel *possibile*: ne id bonum quod dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile: neve id quod possibile ei erat, faciat impossibile. Ut fidelis hæc documenta caveat, justum est. Sed quia non sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est: restat ut in sex predictis consilium et auxilium domino præstet, si beneficium vult dignus videri, et de fidelitate esse salvus. Dominus quoque in his omnibus vicem fidei sui reddere debet: quod si non fecerit, merito censetur maleficus, sicut ille qui in eorum prævaricatione, vel faciando, vel consentiendo deprehensus fuerit, perfidus et perjurus.

TIT. VII.

DE NOVA FORMA FIDELITATIS.

Est et alia de novo super fidelitatis juramento forma inventa, et utentium approbata consuetudine: quæ hodie fere in omni curia videtur obtinere, hæc scilicet: Ego Tilius juro super hæc sancta Dei Evangelia, quod ab hac hora in antea usque ad ultimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem excepto imperatore, vel rege. Quod verbum si recte intelligatur, nulla quidem indiget adjectione, sed integram et perfectam in se continet fidelitatem: sed propter simplices, et nominis significationis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adjectum solet: id est, Ego juro quod nunquam scienter ero in consilio, vel in facto quod tu amittas, vel membrum aliquod: vel quod tu recipias in persona aliquam læsionem, vel injuriam, vel contumeliam, vel quod tu amittas aliquem honorem quem nunc habes, vel in antea habebis, et si scivero vel audivero de aliquo qui velit aliquid istorum contra te facere, pro posse meo, ut non fiat, impedimentum præstabo. *Etsi impedimentum præstare nequivero, quam cito potero, tibi nuntiabo: et contra eum, prout potero, auxilium meum tibi præstabo, et si contigerit te rem aliquam quam habes vel habebis, injuste vel fortuito casu amittere, eam recuperare juvabo, et recuperatam omni tempore retinere. Et si scivero te velle juste aliquem offendere, et inde generaliter vel specialiter fuero requisitus, meum tibi, sicut potero, præstabo auxilium. Et si aliquid mihi de secreto manifestaveris, illud sine licentia nemini pandam, vel per quod pandatur, faciam: et si consilium mihi super aliquo facto postuleris: illud tibi dabo consilium quod mihi videtur magis expedire tibi: et nunquam ex persona mea aliquid faciam scienter quod pertineat ad tuam, vel tuorum injuriam vel contumeliam.* — § 1. Investitura vero facta et fidelitate subsequente omni modo cogatur dominus investitum in vacuum possessionem mittere, quod si differat, omnem utilitatem ei præstabit.

Tit. V. — 1. Tit. 6, 7, in fr. — 2. Tit. 2, in pr. vers. nam si supr.; tit. 7, in fr. — 3. d. tit. 7, Tit. VI. — 4. Tit. 5, in fin. supr.; tit. 7, in fr. — 5. Tit. 5, supr. 1, feud. 37. — 6. Tit. 24, § 2, vers. porro, in fr. 1, feud. 5, in pr. vers. similiter. — 7. d. vers. porro; tit. 55, in fin. in fr. — 8. Fac. tit. 26, § 5, vers. domino; tit. 47, in fr. — 9. Tit. VII. — 1. Tit. 5, supr. — 2. Tit. 28, in fin. in fr. — 3. d. tit. 28, tit. 55, in fr. — 4. L. ult. C. de act. empti; L. 9, § 1, D. locati. — 5. Tit. 5, supr. 1, feud. 17. — 6. Tit. 4, supr. — 7. Tit. 26, § 5, vers. si facta, in fr. 1, feud. 4, in pr.